Fragmentarium

A. D. 1472. 1512. 1606. — Päpstliche Breven.

Freiburg (Schweiz), Staatsarchiv, und Mailand, Biblioteca Ambrosiana.

1. A. D. 1472. Breve Sixtus' IV. — Freiburg, Staatsarchiv, Geistliche Sachen, 43. Grösse: 41 × 9,5 cm. Adresse auf der Rückseite: *Dilectis filiis sculteto et consulibus Friburgi.* — Die Breven erhielten zuerst unter Martin V. (1417—1431) ihre kanzleimässige Ausstattung und fanden von der Zeit an weit mehr Verwendung als früher. Sie unterscheiden sich von den Bullen in mannigfacher Weise: sie sind auf feines weisses Velin geschrieben, das in der Regel ein längliches Format hat; sie sind durch ein rotes Wachssiegel verschlossen, das den Stempel des Fischerrings trägt, und diese Besiegelung wird im Datum ausdrücklich erwähnt *(sub annulo piscatoris)*; ihre Schrift ist seit Eugen IV. (1431—1447) die humanistische Kursive (ältere noch erhaltene Breven haben gotische Minuskel); Name und Titel des Papstes stehen über der ersten Zeile, und der Titel des Papstes lautet *papa* (nicht *episcopus, servus servorum Dei*); wenn schon frühere Päpste denselben Namen hatten, wird die Ordnungszahl hinzugefügt; die Adressaten werden in der Regel mit einem allgemeinen Namen direkt angeredet, aber ihr Name selbst wird nicht genannt (dieser steht in der Adresse auf der Rückseite); im Datum wird der Tag nach unserer heutigen fortlaufenden Tagesdatierung bezeichnet (nicht nach Kalenden, Nonen und Iden), und als Jahresanfang gilt der 1. Januar (nicht der 25. März). Endlich sei noch erwähnt, dass die Breven von dem Sekretariat der Breven expediert werden (nicht von der apostolischen Kanzlei). Siehe über die Breven N. Lischatscheff, *Brief des Papstes Pius V. an den Zaren Iwan den Grausamen, in Verbindung mit der Frage über die päpstlichen Breven,* (in russischer Sprache) Petersburg 1906.

Humanistische Kursive. Nach rechts geneigte, vielfach eng verbundene Buchstaben mit leichtem Duktus; im übrigen ist ihre Form von der der Bücherschrift nicht sehr verschieden (vgl. Taf. 114. 115b).
Einzelne Buchstaben. **a** ist uncial; für **ae** steht meistens eine Ligatur, seltener **e** (*ecclesiae, preficere,* 1). **d** ist gerade (1). Siehe **g** (2). **i** hat gewöhnlich einen Punkt (1). **s** ist am Wortende bald rund, bald lang (1); auch am Wortanfang ist es zuweilen rund (*sanctum, sub,* 6). Für **u** und **v** steht **u** (1).
Als allgemeines Kürzungszeichen dient ein horizontaler oder ein schräger Strich (4).
Ligaturen. Für *et* steht zuweilen die alte Ligatur (3).
Zur Interpunktion steht für die kleine Pause ein Doppelpunkt oder ein kleiner Strich (3. 4).

SIXTUS PAPA IV.

Dilecti filii, salutem et apostolicam benedictionem. Accepimus litteras vestras, quibus, ut dilectum filium Franciscum de Sabbaudia, notarium nostrum, Lausannensi ecclesiae preficere in episcopum et pastorem velimus, supplicatis.
Nos, filii dilecti, Franciscum ipsum tum ob familiae dignitatem, tum ob virtutes et merita eius singulari prosequimur caritatis affectu, eumque Domino auctore honorare et ornare intendimus. In hoc tamen
nec ipsi nec vobis possumus complacere, quia minor est annis et propterea, ut audire potuistis et nos alias ad vos scripsimus, ecclesiam ipsam provida consyderatione dilecto filio nostro Iuliano tituli sancti Petri
ad vincula, presbitero cardinali, nostro secundum carnem nepoti, contulimus, qui ecclesiae ipsi saluberrimus vobisque omnibus iocundissimus esse poterit. Non consuevit hec apostolica Sancta Sedes provisiones suas,
[tam maturas presertim atque salu-
bres, mutare. Sed offeret se indies occasio, in qua Franciscum ipsum poterimus honorare, et id libenti animo faciemus. Superest ut vos, sicut bonos obedientiae filios decet, procuratorem dicti cardinalis, nepotis nostri, sincera in Domino
caritate recipiatis, eique ad possessionem ecclesiae antedictae pacifice consequendam omni studio et conatu curetis adsistere, et ita per presentes hortamur vos in Domino et apostolica auctoritate monemus. Datum
[Romae apud sanctum Petrum sub
annulo piscatoris die XXIV. Maii MCCCCLXXII., pontificatus nostri anno primo. L. Grifus.

2. A. D. 1512. Breve Julius' II. — Mailand, Biblioteca Ambrosiana, Z. 53 (55), parte superiore. Adresse auf der Rückseite: *Dilecto filio nostro M[attheo] tituli sancte Potentiane presbytero cardinali Sedunensi, nostro et apostolice Sedis legato.* Am Rande links Spuren des Siegels. Siehe Ratti, *Notice sur quelques lettres papales adressées au cardinal Matthieu Schinner, et qu'on croyait perdues, à la Bibliothèque Ambrosienne* (in *Compte rendu du quatrième congrès scientifique international des catholiques, Sciences historiques,* Freiburg, Schweiz, 1898, p. 279).

Die Schrift ist weit mehr kursiv als im Breve von 1472. Zierliche Buchstaben mit leicht geschwungenen Ober- und Unterlängen. Manche gotische Formen. Häufig Majuskelbuchstaben am Wortanfang.
Einzelne Buchstaben. **a** hat die einfache Kursivform; für **ae** steht **e** (1. 2). **e** hat oft, besonders am Wortende, einen langen Zierstrich (*tue,* 1; *equitis,* 4); zuweilen hat es Epsilonform (*et,* 2. 8). Siehe **g** (2). Siehe die mannigfaltigen Formen des **q** (8). **r** ist meistens gerade, zuweilen rund (*litteris,* 2). **s** ist meistens rund, auch am Anfang und inmitten des Wortes (*salus,* 1; *utriusque,* 5). **t** ist weit länger als die kurzen Buchstaben; der Querbalken steht gewöhnlich ungefähr in der Mitte des Hauptschaftes (1); oft fehlt der Querstrich und es steht unten nur ein schräger Verbindungsstrich (*civitatibus, ultra,* 2). Für **u** und **v** steht am Wortanfang bald **u**, bald **v** (1. 2. 3).
Abkürzungen. Siehe die Siglen (1. 8). Ein übergeschriebenes **s** am Wortende steht für *us* oder *is* (*obstantibus, nobis,* 12). Siehe die Kürzungen für *circumspectioni* (1), *dummodo* (9), *quod* (4).
Interpunktion. Ein Doppelpunkt für die grosse, ein kleiner Strich für die kleine Pause (1. 11. 12). Siehe die vielen Zeichen vor und nach der Überschrift und Unterschrift und nach dem Datum.

IULIUS PAPA II[s].

Dilecte fili noster, salutem et apostolicam benedictionem. Circumspectioni tue, de nobis et sancta Romana ecclesia, cuius honorabile membrum est, benemerite, ea paterne concedere volentes, per que ei honor accrescat, salus proveniat
animarum, et civitatibus, urbibus atque lo[c]is, que ad sanctissime lige obedientiam redeunt, benignam se reddere possit et gratiosam, ultra ea que in nostris legationis tibi commisse sub plumbo litteris
confectis continentur et expressa sunt, earundem litterarum ac omnium et singulorum in illis contentorum tenorem presentibus pro sufficienter expresso haberi volentes, ex nostra certa scientia
ac de apostolice Sancte Sedis potestatis plenitudine: quod duodecim in nostros et apostolice Sedis notarios, totidemque comites et equites aule sacri palatii Lateranensis et accolitos apostolicos, alias tamen idoneos
et sufficientes, necnon nonnullos, non tamen ultra eundem numerum duodecim, ad theologie et utriusque iuris gradus doctoratus, etiam sufficientes, duobus vel tribus in eisdem facultatibus
doctoribus tecum adhibitis, eorumque votis iuratis, super quo tuam et illorum conscientiam oneramus, creare; et aliquibus cappellis de iure patronatus nobilium laycorum, usque ad numerum
duodecim, indulgentias septem annorum, iuxta formam quinterni cancellarie apostolice, etiam interessentibus benedictioni per te populis dande concedere; necnon omnes et singulas quarum-
cunque civitatum et terrarum, que ad sanctissime lige obedientiam, ut prefertur, venerint, et milites tam equites quam pedites, undecunque sint, qui contra nos et sancte Romane ecclesie res arma sumpserunt,
ab omnibus et singulis censuris et penis in monitorio propterea per nos edito absolvere, penitentiamque salutarem iniungere, dummodo tamen in tuis manibus iuramentum emittant
et solemne votum, quod posthac, ut prefertur, arma non sument neque ea sumentibus scismaticis ac damnatis olim cardinalibus, neque eorum conciliabulo quovismodo favebunt; ac
ecclesiasticum interdictum, quibus supposite civitates, terre et oppida ac loca huiusmodi sunt, relaxare possis et valeas — auctoritatem et facultatem concedimus per presentes. Non
obstantibus illis, que in dictis legationis tibi facte ac monitorii, ut prefertur, a nobis emanati litteris voluimus non obstare, ceterisque contrariis quibuscunque. Datum Rome apud
sanctum Petrum sub annulo piscatoris die XIIII[a] Iunii M.D.XII[mo], pontificatus nostri anno nono. Balthasar Tuerdus.

3. A. D. 1606. Breve Pauls V. — Freiburg, Staatsarchiv, Geistliche Sachen, 405. Grösse: 40 × 20 cm. Adresse auf der Rückseite: *Dilectis filiis senatui Friburgensi, ecclesiasticae libertatis defensoribus.* — Im Datum ist der Tag ausnahmsweise nach altrömischer Weise bezeichnet.

Diese schöne Breven-Kursive ist von der italienischen Kanzleischrift beeinflusst, und man kann sie als eine besondere Art dieser Kanzleischrift bezeichnen (vgl. Taf. 122). Ober- und Unterlängen sind leicht gebogen und am Ende verdickt oder mit Zierstrichen versehen.
Einzelne Buchstaben. Für **ae** steht eine Ligatur (1). **d** ist gerade (1). **e** hat am Wortende einen Zierstrich (1). Siehe **h** (2). **r** ist gerade (1). **s** ist überall rund (1).
Gekürzt ist nur **n** (*con,* 10; *secundo,* 12).
Als Interpunktionszeichen sind das Komma, der Strichpunkt, der Doppelpunkt und der Punkt gesetzt (1. 4. 5).
An Stelle der Bindestriche stehen zwei Punkte am Zeilenende (4. 9. 10).

PAULUS PAPA V[s].

Dilecti filii, salutem et apostolicam benedictionem. Periucundae nobis fuerunt literae vestrae, in quibus primum summopere laudamus pietatis et fidei
vestrae singulare studium erga Sanctam hanc Sedem; deinde zelum charitatis, quo aliorum errata doletis et conversionem aberrantium ad meliora
consilia desideratis, valde probamus. Plane opinionem, quam de prudentia et pietate istius egregii senatus habebamus, confirmastis. Iam
vero experimento cognoscimus, quod utique procul dubio semper credidimus, vos summo iure appellari defensores ecclesiasticae libertatis. Vi-
dimus quidem, quam bene virtutem vestrorum maiorum aemulamini, qui tantum et tam splendidum nomen sibi comparaverunt: cum vos
eadem animi promptitudine, qua illi, quoties opus fuit, fortiter ac constanter pugnando dignitatem huius Sanctae Sedis tutati sunt, vires,
opes, copias nobis pro sanctae Romanae ecclesiae matris vestrae amantissimae maiestate retinenda obtuleritis. Et nos quoque hoc vestrae
devotionis et filialis observantiae officium ea in vos animi propensione accepimus, ut re ipsa quantum cum Domino poterimus, declaraturi
simus vobis, vigere semper in animo nostro memoriam significationis huius egregiae voluntatis vestrae. Nec ullam unquam praetermitte-
mus occasionem, qua commode possimus hac de causa vobis gratificari. Interea Deum precamur, a quo cuncta bona procedunt, ut vos con-
tinua protectione custodiat, ac simul vobis peramanter benedicimus. Datum Romae apud sanctum Marcum sub annulo piscatoris
pridie idus Augusti MDCVI., pontificatus nostri anno secundo. Petrus Stroza.

License: public_domain – Various Locations, Generic Collection, , Text 116 – Franz Steffens, Lateinische Paläographie (https://fragmentarium.ms/view/page/F-12v1/7415/60129)